



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Ordo I. prout est Sacramentum secundum se.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

quæ ad fidem & mores pertinent. cap. 27.  
nu. 275.

In foro conscientiaë sufficit ad non peccandum, sequi opinionem eius, quem merito censemus scientia idoneum. num. 285.

Pluris aestimanda est opinio paucorum rationem perpendentium, quam multorum non perpendentium. nu. 285.

Qui opinatur, iudicat, secus de eo qui dubitat. nu. 275. vide etiam tit. Scrupulus.

ORATIO. Quando feruorosa oratio est necessaria, propter imminentem necessitatem, tunc necessaria est etiam contritio, c. r. nu. 31.

Oratio est sub præcepto, quando nullum aliud videtur remedium sue salutis, vel proximi. c. 13. nu. 18.

Sancti orandi sunt & inuocandi à nobis, & contrarium dicere est hereticum. cap. 11. num. 23. Instituens publicas orationes, non peccat. cap. 24. num. 31.

## O R D O I.

*Pro ut est Sacramentum secundum se.*

Ordo generaliter sumptus est parium  
dispariumque rerum sua cuique loca tribuens



*buens dispositio: & per antonomastiam, nomine ordinis intelligitur ecclesiasticus. ca. 11. num. 17.*

Ordo quatenus Sacramentum, est qui *traditur character, & potestas consecrandi Eucharistiam: vel eam administrandi. ibid. & de necessitate Sacramenti presupponit characterem baptismalem. nu. 205. ca. 27. Secus de characterem Confirmationis. nu. 9. cap. 11.*

Materia Ordinis est traditio rei sensibilis, ut libri, vel calicis. Forma est prolatio verborum, quæ pro varietate ordinum sunt varia. Debet autem traditio, & acceptio, in contactu rei sensibilis, concurrere simul cum prolatione verborum, & non ante nec post. nu. 17.

Ordines iuxta Theologos sunt septem, Ostiarius, Exorcista, Lector, Acolythus, Subdiaconatus, Diaconatus, Presbyterium, primæ tonsuræ, & episcopatus non sunt ordines, sed officia. Canonistæ faciunt novem admittentes tonsuram, & episcopatum. Doctor asserit esse octo, non admittens Tonsuram. Tridentinum autem videtur favere Canonistis, quoad episcopatum. num. 18.

Quatuor minores ordines non sunt Sacramentum, sed potius Sacramentalia: & idem de prima tonsuræ: non imprimunt characterem, non habent votum solemne castitatis sibi annexum, & ob hæc non dicuntur



tur Sacri, quamuis sint Sacri. cap. 22. nu. 18.

Tres maiores ordines & episcopatus sunt propriè Sacramentum, imprimunt characterem, habent ex statuto Ecclesiæ votum. Solemne castitatis sibi annexum. num. 18. Non sunt reiterabiles, imò nec minores, nec prima tonsura. nu. 2.

Concilium Trident. definiuit sub anathemate hæc sequentia. sess. 23. cap. 2.

I. *Quòd in nouo testamento est Sacerdotium visibile, vel externum.* II. *Sacerdotium esse potestatem consecrandi, & offerendi corpus verum & sanguinem Domini, & peccata remittendi: non tamen esse officium tantum, aut nudum ministerium predicandi Euangelium.*

III. *Quòd Sacerdotes qui non predicant sunt etiam verè Sacerdotes.* IV. *Præter Sacerdotium esse in Ecclesiâ Catholica alios ordines maiores & minores, per quos velut per gradus quosdam tenditur in Sacerdotium.* V. *Ordinem siue sacram ordinationem esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino nostra institutum: non tamen esse figmentum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis excogitatum: neque esse tantum ritum quemdam eligendi ministros verbi Dei, & Sacramentorum.*

VI. *Quòd per sacram ordinationem datur Spiritus sanctus, ac proinde optimè dicunt Episcopi, Accipe Spiritum sanctum.* VII. *Quòd*  
per



per eam imprimatur character, unde qui sacerdos semel fuit, non potest fieri laicus.

VIII. Sacram unctionem, qua Ecclesia in sacra ordinatione utitur, non tantum requiritur, sed esse salutarem, & in veneratione habendam, similiter & alias ordinis caremonias. IX. Est in Catholica Ecclesia Hierarchiam, diuina ordinatione institutam, qua constat episcopis, presbyteris, & ministris. X. Episcopus est presbyteris Superiores, haberéque potestatem confirmandi & ordinandi: atque eam quam habent non esse illis communem cum presbyteris.

XI. Ordines ab Episcopis sine populi, vel potestatis secularis consensu, aut vocatione collatos non esse irritos, sed legitimos & veros.

XII. Eos, qui nec ab Ecclesiastica potestate ritè ordinati, nec misi sunt: sed aliunde veniunt, non esse legitimos verbi, & Sacramenti ministros. XIII. Episcopos auctoritate Romani Pontificis assumptos esse legitimos, ac veros Episcopos: non tamen figmentum humanum. cap. 22. 18.

Peccat mort. & est hæreticus qui credit non esse vera, definita à Conc. Trid. circa Sacramentum ordinis. Et si id quouis modo exteriùs profert, est excommunicatus per bullam cœnæ. cap. 22. nu. 18.